

30811
QVÆSTIO
ASTRONO
MICA,

Publicæ velitationi exposita

In

ALMA ACADEMIA CRA-
COVIENSIS.

A

M. THOMA CANEVESIO *in eadem*
Academ: Professore.

Anno Dñi M. DC. XXXX. Mense *Apr* Die *19*

Cum licentia Superiorum.

C R A C O V I Æ,

In Officina Christophori Schedelij, S. R. M. Typogr.

3081/50



Regni Poloniae Magistri maximi
Commiffa Vobis Sceptra regite
prosperè





Admodum Reuerendis,
CLARISSIMIS,
^{ac}
DOCTISSIMIS VIRIS.
S. THEOLOGIAE,
IVRISPRVDENTIAE,
MEDICINAE DOCTORIBVS,
&
PROFESSORIBVS.

Dominis & Patronis suis.



Res istas chartas, Vobis
consecro Academiae no-
strae Principes Viri. neque
ambiguè mihi cogitandum erat, cui

offerrem, ad Vos spectabant. Vide-
terem? Astronomica est: at Vos A-
stronomorum hoc in florentissimo
Lyceo Patroni & Protectores. Non
alienæ certè, sed Vestræ directioni
subest Academia, in eaque facultas
Philosophica, cuius Orbi Astronomi,
velut pretiosissimæ gemmæ annulo
inserti. Vestrum affectum imò fa-
ctum, quo egenæ facultatis Vires vi-
tamq; sustinetis, video, miror, depræ-
dico. Namq; in hac mortalium mu-
tata facie, rerumq; ferè omnium o-
bliquatâ norma, cùm sæpius hono-
rum palma, fato Metelli (vt inquit
Neuius) venit, soli, modestam inge-
niorum fouetis eruditionẽ, neq; itis
negle-

neglectum artes serias, in aperto fū-
co sæculi. Licet verò à mentium
crassiorum notitia id procùl sit, eas
tamen inuertent prudentiores, dùm
aduertunt. Concinnè à Vobis ista
fièri non minùs, ac rectè. Quis suc-
censebit? **DEVS** Philosophiam eius-
que Professores exstare voluit, velut
sidera quædam in hac ignorantia
nocte. Philosophia siquidem, Theo-
logorum scala; Iureconsultorum a-
mussis; Medicorum, mater; omni-
um sapientum fidelis Magistra; sine
hac cæcus orbis; altiorum faculta-
tum vita, mors est. Pergite Viri Do-
ctissimi, ope Vestra & patrocinio, vl-
trò currentibus ingenijs subuenite,

& non solum præfenti fed & futuro
prouidete flori. Ii demùm archi-
tectatricem caufam, fuis in factis ef-
fingunt verè, qui non proprij fed pu-
blici incrementum curant boni: in
his Vos effe totos, quicunq; aperit o-
culos, videt; qui claudit, tamen au-
dit. Sed nec debebam aliud nomen
præponere. Vos in hoc Regno augu-
ftiffimo, fanctiffimi & feliciffimi Sa-
pientiæ custodes eftis; Vestræ infi-
tutionis Viri, in Republica, curules
fellas; Ecclefij, cathedras & confi-
ftoria; vrbibus, curias; facris coeti-
bus, choros & pulpita implent. omnis
vt verbo dicam, Virtutis & Eruditio-
nis L V X L E X eftis. Antiquæ Sa-
pi-

pietia, p enes Vos hæreditas; No-
ua, censura: perfectæ possessio. At-
tollat hæc & illa selectiorum homi-
num congregatio, etiam supra lici-
tum nomen suum, cogitatu laxiori,
cælo imponat; meminerit, se riuu-
lum, Vos, Fontes esse. Pulchritudi-
nem mundi mancā intuerer, si cer-
tum genus hominum deesset, quos
Præceptores Orbis dici conueniret:
hanc coronam capiti Vestro DEVS
imposuit, æternum Vobiscum man-
suram. Sed quid dedicationi meæ
laudes Vestras accumulo! non pos-
sunt numerari: angustæ fossæ capa-
cem fluuium infundit, qui spatiosa
laudum Vestrarum argumenta,
4 chartâ

chartâ concludit. suprâ Vires calami, & linguæ sunt. MAGNÆ. AMPLÆ. EXCELSÆ. bonorum etenim omnium, quæ verè bona ratio iudicat, & Possessores, & Propagatores estis, utq; diutissimè sitis, ego cliens Vester Voueo.

M. Thomas Canavesius.

Q V Æ S T I O ASTRONOMICA,

De Harmonia motus LVNÆ
ad Solem, Principem stel-
larum omnium.

V Partialium orbium Sphœræ
Lunaris, super mundi suisque
centris & Axibus reuolutiones, ad
motum Solis, in quocunq; puncto
Zodiaci existentis, exactam obtine-
ant proportionem, nec ne?

C O N C L V S I O I.

Domicilium Lunaris Sphœræ, ex tribus Or-
bibus excentricis componitur, duobus secundum
Quid, tertio simpliciter.

C O R O L L A R I A.

1. Hypotheses, non Chimaras formare Astro-
nomos existima, quando totalem cœli Planetarij mo-
lem, in orbes partiuntur.

2. Non sola concentricitas, quæ respectu centri
vniuersi cuiq; Sphæra cœli totaliter considerata attri-
buenda est, exigit in Luna secundum quid Excentricos,
sed & supremum ac infimum punctum, quæ mobilia
esse, observatio docuit.

3. Inutiliter arguit Tyro Physicæ, inane spati-
um, aut violentam corporum penetrationem, ob ina-
qualem latitudinem ac profunditatem excentrico-
rum secundum quid, in Sphæra \triangleright accidere.

4. Summè consentaneum rationi est, maiorem
& minorem, Lunæ in luce defectum, tum inæqualem
à terra distantiam Excentrici positione saluare.

5. Ab vniuersi centro, partibus talibus 10 19,
qualium semidiameter Excentrici \triangleright 49. 41, linea ve-
ro Angis 60, dissitum est Excentricorum centrum, ex
quo concava superioris & conuexa inferioris, utraq;
intermedij orbis superficies, descriptæ concipiuntur.

CONCLUSIO II.

PRÆter Excentricos, habet Concentricum dictum Æquantem, & Sphœerulam immersam profunditati Excentrici, appellatam Epicyclus.

COROLLARIA

1. Intersectiones siue puncta quædam in Excentrico, circa quæ informis luminarium obscuratio solet accidere, & à quibus Luna egressa, motum latitudinis inchoat, emendicat Æquantem.

2. Figura & similitudo, quæ ex mutua Excentrici cum Æquante sectione consurgunt, nomen capitis & caudæ draconis intersectionibus prædictis imposuerunt.

3. Requirit Epicyclum; Varia Lunæ in linea Augis collocatæ, à terra distantia; eoque in loco tum opposito motus irregularitas.

CONCLUSIO III.

OMnes enumerati orbes, & proprias, & ab invicem distinctas possident reuolutiones.

COROLLARIA.

1. In antecedentia mouentur secundum quid Excentrici, super Axe proprio qui centrum Zodiaci intersecat, & à Zodiaci polis gra. 5. declinat. integra verò eorum reuolutio, dies 32. hor. 3. 5. requirit, cum dienaturali ultra gra: 11. 59. non procedant.

2. Deferens centrum Epicicli, super proprio quidem Axe, excentricitatis Quantitate, ab Axe Deferentium Augem dissito, sed irregulariter in consequentia rotatur, mensem medium die: 27. hor: 7. 47. conficiens.

3. Velocissima Lunæ ad motum Deferentis centrum Epicicli reuolutio, necessario & utiliter euenit in Natura.

4. Equans super Axe Zodiaci, regulariter circa centrum mundi in antecedentia procedit, dienaturali $\frac{1}{3}$. $\frac{11}{10}$. $\frac{11}{8}$. absoluens totam periodum annis 18. diebus 226. quo spatio omnes Ecclipses redeunt ad eadem Zodiaci puncta.

V. Epiciclus superiore sui parte contrà seriem signorum, inferiore iuxta, super centro suo mouetur, cuius motus irregularitas reducitur ad equalitatem ab Auge media, complet reuolutionem suam die: 27.

hor.

hor: 13. 18. cum diurno motu de peripheria absoluat
13. gra: $\overset{1'}{3} \cdot \overset{1'}{34}$.

CONCLUSIO IV.

IN tanta varietate, à motu partialium orbium
confurgente, magna est motus Lunæ ad Solem
Harmonia.

COROLLARIA.

1. Primo die mensis quod occupat Apogion Excentrici, nullaq; apparet propter ☉, hæc est proportio, ut tres lineæ, medij motus ☽, Apogii, & medij motus ☉ in unum coeant.

2. Quando corniculata cum * ad ☉ in media longitudine Excentrici existens apparet quod die 4. mensis contingit, tùm Linea medij motus ☉ intermedium locum tenet exactè, inter lineam Augis & centrum Epicycli.

3. Perigion Excentrici possidet ☽ die 7. luceq; copiosiori vestita □ in tuetur. ☉, tunc centrum Epicycli ☽, est oppositum lineæ Augis, linea verò medij motus ☉ intermedia est.

4. Ad alteram mediam longitudinem die 11.

transit Δ aspectu \odot afficiens, eo tempore linea medij motus \odot , 120. gra: \S à centro Epicycli \S à linea Augis remota est, 4. itidem intercipiuntur signa inter lineam Apogij \S medij motus Δ ex altera parte.

5. Conscendit rursùm Apogion Excentrici, Δ luce cumulatissima die 15. \S tunc linea Augis cùm linea medij motus Δ coeunt, linea verò medij motus \odot , è diametro illis est opposita.

6. Generaliter scias, quandocunq; Δ est extra \S aut \S , semper linea medij motus \odot æqualiter distat, à centro Epicycli \S Augis linea.

CONCLUSIO V.

NVlla Hypothesium obstat, explicatæ Lunæ ad Solem Harmoniæ, cuius notitia calculatori scrupuloso summè necessaria.

COROLLARIA

1. Diametri diuersitas, \S minuta proportionalia, quæ ex inequalitate lineæ medij motus Δ proueniunt, nullum ponunt prædictæ Harmoniæ impedimentum.

2. Mo-

2. *Mobilitas Apogij medij, quæ ex accessu & recessu à puncto contactus, & mobilitate oppositi centri centro deferentis Epicicli colligitur, non subuertunt explicatam proportionem.*

3. *Temerè cogitas, ad præterita, futura, seu præsentia tempora centalem Δ in Zodiaco existentiam indagare, si proportionem ignores explicatam.*

4. *Verè diuinissimam Astronomorum contemplaris animam, quæ Hypothesibus factis subnixa, vagos siderum cognoscit motus, & ad oblatum tempus eorum in Zodiaco positionem sine errore exponit.*

V. *In Δ Verum motum ita venaberis. Ad oblatum tempus Astronomicum habeas mediū motum \odot & Δ , eiusq; medium argumentum, ac centrum, cuius æquatione minutisq; proportionalibus, argumentum medium reduces ad verum; rursus argumenti veri æquationem cum Diametri diuersitate in regulam proportionis mitte, correctamq; æquationem adde vel subtrahere à medio motu Δ . habebis intentum.*



Sub felicibus auspicijs

Magnifici ac Clarissimi Domini, D.

MATHIÆ WONIEYSKI

Phil: & MEDICINÆ DOCTORIS, In Acad:

Crac: Studij Generalis, Vigilantissimi

R E C T O R I S.

Vrbis Cracouiensis Senatoris meritissimi.

